De Sacristia

Inuenta fuit Sacris Suppellectilib. sufficienter ditata

De Choro, et Organo

Chorus in quo, et organa reperiuntur, inuentus fuit ad formam.

De Toto Conuentu

In Conuentu bone structure ad presens sunt assignati de Familia infrascripti Fratres

A. R. Fran.cus M.a Ricius Guardianus
A. R. Bartholomeus Ricorus Sacerdos
A. R. Alexander Iuliani Sacerdos
F. Fran.cus M.a Rici Laicus Professus
F. Gabriel Albertini Laicus Professus
F. Ioannes Bapta. de S. Elia Laicus Professus
F. Bernardinus Lutis Oblatus

Prefatus Conuentus possidet bona stabilia et Census, et administrantur per d.os P.P. à quibus mandauit exhiberi Inuentarium, et reddi rationem

De Ecclesia B. M. de Plagis
die 15 8bris 1719

Est de Iuribus Communitatis, à qua olim fuit constructa et ad presens manutenetur.

De Unico Altare

Dicatum S. Imagini B.me Virginis maxime deuotionis apud Cives, et in eo erecta sunt duo Beneficia, seu Cappellanie de Iure Patronatus pref.e Communitatis possessa p R.

Cannonicum Ioannem Cimati, et Ioannem Franciscum Cerroni, cum provisio-
ne annuali scutorum viginti quinque pro quolibet, et cum onere
celebrandi alternatim in hebdomada diebus Dominicis, mer-
curij, et venerij Missam de Festo, seu fer. occurrente, et in Sab.
de B. M.a, nec non in singulis Festivitatibus de præcepto
occurrentibus extra dies adnotatos: per quos Ill.mus D. man-
davit doceri de adimplem.to = Vid. lib. P. 1. fol. 75. et fol. 144.
Inspecto altare inventum fuit sufficienter provisum, et solum
Ill.mus D. mandavit cooperiri velo serico Tabernaculum, in
quo retinetur SS. Sacram.tum die festo Eccl.æ, et muniri sera
cum clavi, petrang. sacrata operiri tela cerrata, et aram
tela seracula, ac Bradellam reaptari in partibus neces-
sarijs infra mensem.

De Sacristia

Mandavit reaptari Planetam Coloris violacei, in reliquis in-
venit ad formam.

De Mansione eremit.

Custos Eccl.æ est ad præsens F. Ioes Bapta Moncucchus
Mediolanensis benemeritus, cuius Mansionem invenit ad
formam, et per ipsum mandavit confici Inventarium suppel-
lectilium, et tradi Copiam

De Confessionali

Mandavit reaptari, et provideri de Bulla, et Casibus,
ac Sacris imaginibus

De Tota eccl.a.

Ad præsens laqueare, totaq. eccl.a ad meliorem formam reducitur

ex Piorum Elemosinis, qui conveniunt etiam diebus Sabbathi de sero ad Litanias, quas recitant, premisso sermone, sive exemplo ad fovendam Populi devotionem.

De Oratorio SS. Sacramenti
die 16 d.

Sodales Societatis SS. Sacram.ti de qua superius actum fuit in visit.e altaris in eccl.a Cathedrali existentis, conveniunt in Oratorio singulis diebus Dominicis, et Festis de precepto ad recitandum officium B.me Virginis et psalmos Penitentiales, sive officium Defunctor. Ibique retinent vestes, et suppellectilia pro associando SS. Sacram.to presertim quando defert. ad Infirmos.
Oratorium predictum est sub directo Dominio mense epis.lis cui societ. annuum Canonem solvit, et inventum fuit ad formam.

De Eccl.a B.me Virginis
Rosarium

Extra Civitatem per paucos passus sita d. eccl.a de iuribus Societatis S. Bernardini, à qua manutenet., et custodit. per eremitam, qui hodiè est F. Vincentius Naus ex Civitate Valentie etatis annor. 51.

De unico Altari
Unicum adest Altare cum Icone B. Virginis in muro depicta; ubi erectum est Beneficium de Iure Patronatus SS. Philippi, et Pauli des Morellis, cum dote diversor. Censuum descriptor. in fol. inserto in actis p.e 1. fol. 145 et cum onere celebrandi singulis Sabbathis, nec non quinq.